



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Eusebio papa et martyre. Cap[itulum]. cxxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

eam tentandā introiret. Quod cum factū esset
 ⁊ demon ingressus cor virginis in amorem con-
 citaret. Iustina oratione premissa signū crucis
 edidit: ⁊ diabolus territ⁹ fugit: ⁊ ad cyprianū
 confusus rediit: quē euz interrogasset: cur sine
 effectu redisset: dixit se signum vidisse: in quo
 omnis virtus eius defecerat. Cyprianus autē
 demonē fortiozem misit: sed quod primo con-
 tingerat: ⁊ secundo euenit. Quod cyprianus vi-
 dens illos derisit: ⁊ principē demoniorū aduo-
 cauit: ⁊ adiuratum ad virginem destinauit. qui
 illam diuersis languoribus prius yerataz ad se
 media nocte ducturū promissit. Tūc diabol⁹ in
 specie virginis se mutauit: ⁊ ad iustinā ingres-
 sus: dixit se eam velle manere: ⁊ virginis
 premia cōmendaret: cepit eam tentare dicens:
 q̄ dubium esset: ne et hoc deum offenderet: cū
 ipse primis parentibus prolis generationem
 precepisset. Tum autē cor virginis per immisso-
 nem demonis in ardorem libidinis concuti ce-
 pisset: illa in se reuersa et quis sibi loqueretur
 intelligēs signo crucis se munuit: ⁊ diabolum
 vt fumū insufflauit: ⁊ statim ab omni tentatio-
 ne liberatam se sensit. Post hec diabolus in
 specie iuuentis aglaji se trafigurauit: ⁊ in eius
 lectulū ingrediens in amplexus eius ruere vo-
 luit: sed signo crucis edito confestim euauit.
 Deinde permittente deo ipam febribus fatiga-
 uit: sed virgo xpi oia certamina superauit. Tūc
 dens diabolus: q̄ nihil proficeret: in formā iu-
 stine se traſmutauit: vt famā iustine pollueret:
 ⁊ eam ad cyprianum se adduxisse iactaret: ⁊ in
 tali specie ad magū cucurrir: ipm̄ quasi amo-
 re eius languens osculari voluit. Sed mox vt
 cyprianus nomen iustine nominauit: diabolus
 nomen illud audire non valens disparuit. Qua
 propter cyprianus delusum se videns ad ostiū
 virginis diu vigilauit: ⁊ quandoq; in femina:
 quandoq; in auem se arte magica: vt videbatur
 cōmutauit: sed cū venisset ad ostiū eius: neq;
 autē neq; femina: sed cyprianus apparebat.
 Aglaji tandē in passerem arte magica cōmuta-
 uit: qui mox vt ad fenestrā virginis volasset: nō
 passer: sed iuuentis videbatur: ⁊ cum nec posset
 fugere: nec salire: ipm̄ iustina redarguit: et per
 scalam deponi fecit. Tūc ergo diabolus
 per omnia ante cyprianū confusus stetit: quem
 ille interrogauit: quomodo in nullo in xpianaz
 virginē perualeret. Quem demon primo sibi su-
 rare fecit: q̄ nunq; ab eo discederet: deinde et
 dixit: q̄ signum crucifixi viderant: ⁊ in hoc ter-
 riti fugerant. Interrogatus quoq; an xps dia-
 bolo maior esset. Respondit ipm̄ maiore oibus
 qui demones omnes igne cruciandos iudica-
 turus esset. Tunc cyprianus virtutes diabolū
 contēnens: omnia idola sua cōstregit: ⁊ codices
 combussit: ⁊ veniens ad ep̄m̄ antimū baptismū
 instanter petiit. Sed ille cyprianū sibi illudere

velle putabat: quia ipsum magum esse cogno-
 uerat. Tum autē cuncta que sibi cōtigerant nar-
 rasset: ab eo sacrum baptismū suscepit. Quē ep̄s
 antimus in diaconū: ⁊ post annū in presbyterū
 ordinauit. Cui ⁊ cyprianus in ep̄atu successit:
 qui xpi fidem constanter predicabat: ⁊ multos
 gentiliū conuertebat: ⁊ in xpi nomine miracu-
 la faciebat. Cyprianus autē ep̄us iustinam in
 quodā cenobio marie plurimarū virginū con-
 secravit. Qui ⁊ martyribus multas ep̄stolas
 destinabat: ⁊ in eos in certamine confortabat.
 Post hec eutellius comes orientis cyprianū
 et iustinam detentos: dum idola adorare nollēt
 iussit tormentis affigi: ⁊ cyprianū quidem su-
 spendi ⁊ erungulari: iustinā vō neruis flagella-
 ri ⁊ alapis cedi: deinde ambos in carcerē trudi.
 Die quoq; sequenti iussit parari sartagine pice
 adipe ac cera plenā: ⁊ in eam cyprianū iactari.
 Lūc ipm̄ ignis non rangeret: ⁊ iustina ingre-
 di formidaret: cyprianus eam hortabatur: vt in-
 traret. Que ingressa omnino sicut et ille illesa
 permansit. Sacerdos autem idolorum cum de
 consensu comitis ad sartagine venisset: vt suis
 carminibus maleficia xpianorum dissolueret
 continuo ignis de sartagine exiit: ⁊ cum pen-
 tus consumpsit. Tunc de consilio terentini co-
 gnati sui eos i custodia arcauit: vt intrerim clau-
 dio que gesta fuerāt scriberet: ⁊ ille de eis pro
 libito suo disponderet. Et mandante claudio ad
 ciuitatem nicomediam adducuntur: ⁊ iuxta flu-
 men gallum cum quodā tertio xpiano peregrin-
 no tpeognito nomine pariter decollantur. Quo-
 rum corpora cum canibus exposita. vii. diebus
 intacta permansissent: a nautis quibusdā chris-
 tianis in nauē leuata: ⁊ romam delata: arq; sep-
 pulsa sunt. Nunc autē vt dicitur placentie que se-
 scunt. Qui passi sunt. vi. kalen. octobris. Lxxc.
 annum domini. cclxx.

**De sancto Eusebio papa et mar-
 tyre. Cap. cxxii.**



Eusebius

papa et martyr:
 huius nominis
 primus natione
 grecus ex medi-
 co: marcello potitici in ep̄atu
 romano successit: ⁊ sedit an-
 nos. ij. menses. ij. dies. xxv.
 Huius temporibus inuenta
 est crux dñi nostri iesu xpi hic
 rosolyms ab helena regina sicut ipse in quadā
 ep̄stola sua scribit. Que tamen ep̄stola apo-
 cripha reputatur: quia nec eius tempore cruce
 dñi inuentā fuisse verisimiliter creditur. Sed
 melius tempore situestri pape. Qui constanti-
 nū imperatorē baptizauit: qui ⁊ baptizatus he-
 lenā matrē conuertit. Que post eius conuer-
 sionem cruce domini inuenit. Dic sanctus ponti-

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. cccxxvi.

fest pro xpi nomine martyrio coronatus est: sub persecutione constantini anteq̄ fieret xpianus. Et sepultus est cū fratribus suis iuxta corpus beati petri in vaticano sexto kalē. octobris. Et cessauit episcopatus dies septem.

De sanctis Cosma et Damiano et socijs martyribus. Cap. cccxiiij.



Cosmas et da

mianus: antimus: leō tius: et euprepius martyres in ciuitate egea passi sunt tēporib⁹ dō cleriani et marimant imperatorū sub preside lysia. Quorū duo primi fratres et eadem ciui

tate que ē in arabia: matre religiosa noie theodora geniti: arte medicūe docti: in virgine gratie christi: omnē infirmitatē non solū ab hominibus: sed etiā a iumentis curabāt: gratias oīa tribuētes. Naz et camelū arte diabolica debilitatum sanū restituētes: illesum abire fecerūt: **M**atrona autē noie palladia paralytica: cum omnia sua in medicis cōsumpserit: ad sanctos dei accessit: et ab eis sanitatē integrā reposcit. Tunc illa damiano munusculū obtulit. Et cū recipere nolleret: et illa cū sacramētis p̄ nomē dñi ad iurasset: recipere acquieuit: vt ei⁹ deuotioni satisfaceret: et ne nomē dñi spernere videretur. Quod vt cosmas cōparuit: turbatus precepit: ne corpus eius cū fratris corpe poneret. Sequētī hō nocte dñs cosme apparuit: et fratrem de suscepto munere excusauit. **A**udies autē preses lysias famā eorū: et q̄ in xpi virtute infirmitates sanabāt: eos ad se acceriri fecit: et que essent eorū nomina: que patria: que conditio: que fortuna req̄siuit. Illi hōresponderunt ad singula: q̄ nomina eorū crāt cosmas et damianus: patria hō arabia: cōditio xpiana: fortunaz autē christianos nescire dixerūt. Addētes se et alios tres fratres cōsobrinos habere: antimū: leontū: et euprepiū. Quos preses misso cū eis officio sibi presentari iussit: et cepit agere vt sacrificarent: quod cū facere contēnerent p̄cepit eos in manibus et pedibus grauiter torqueri. Et dum eius supplicia deriderēt: iussit eos castrens vinctos in mare precipitari. Sed statim angelus dñi affuit: et disruptis vinculis illos e pelago liberauit. Et cū hoc miraculū p̄ses magis artibus ascriberet: et ipsi ei xpi virtutem predicarēt: illeq̄ se eos i noie dei adriani velle sequi dixisset: cōtinuo duo demones affuerūt: et cū in facie ceciderūt. Sed orātibus p̄ eos sanctis: statim demones discesserūt. Tunc preses dicere cepit: q̄ dñi contra eū indignati fuissent: quia illos relinquere cogitasset. Mandauitq̄ sanctos in carcerē trudi: donec eos quō perdesse cogitaret. Sequētī die illos eductos iussit

in ignē copiosum lactari. Sed tñ eos in nullo lesit: quā potius flamma erumpēs multos de astantibus interemit. Zuben⁹ ergo in equuleo suspendi: sed angelo eos custodiēte fatigatis admodū ministris incendēdo: ante presidē depouit illesi: tres igit̄ fratres fecit in carcerē recludi: et cosmā et damianū crucifigi: et a p̄lo lapidari. Sed lapides in iacentes redibant: et plurimos vulnerabāt. Eductis ergo tribus fratribus: et statibus iuxta crucē cosmā et damianū precepit a quatuor militib⁹ sagittari. Sagitte autē martyres nō ledebāt: sed cōuerse plures occidebāt. Lysias autē se cōsumum in oībus cernens: omnes quinq̄ fratres insinul gladio cecidit iussit. Christiani autē memores verbi quod dixerat sanctus cosmas: damianus cum eo sepelire dubitabāt. Et ecce subito camelus aduenit: et humana voce loquēs sanctos in vnum sepeliri mādauit: quod et factū est. Processu hō tēporis duorum fratrum cosme et damiani corpora romā sunt translata: et ecclesia eorū nomini edificata. Passi sunt autē sancti martyres. v. kalē. octobris circa annū domini. cccxxviij.

De sanctis Florentio et Hilario martyribus. Cap. cccxiiij.



Florentius et hilari⁹

martyres passi sunt in gallijs castro seduno. Qui a paganis tentidum christū cōfiterent: postq̄ linguę eorū prescise fuissent: dum adhuc integro sermone loquentes fidei nostre preconta predicarent: gladio ferri iussi sunt: et sic martyriū a domino coronā perceperūt. v. kalē. octobris. Decado in martylogio:

De sanctis Adulpho et Johanne martyribus. Cap. cccxxv.



Adulphus et iohannes

apud cordubā hispanie ciuitatem passi sunt. Qui p̄ cōfessionē nominis christiani capite cecidit: a christo domino coronari meruerunt. v. kalē. octobris: vt ait ado in martylogio ex dararū hieronymi sumpto.

De sancto Forseo ep̄o. Cap. cccxxvi.



Forseus epi

scopus anno quinto constantis: qui et constantinus in hibernia claruit: vt dicit Sigisbertus. Hic nobilis genere: et nobilitate fide: ab infantia sacris litteris eruditus: duz inter parentes suos sacri verbi seminaret eloquiū: quadā die subito egrotās quasi mortu⁹ stetit: et quatuor man⁹ ad se desup̄ extensas cōspexit: q̄ renētes